

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

Bosco, Jean a

Lovanii, 1678

Concl. XI. Si impedimentum soli Parocho vel Ordinario constet ex
Confessione, tenetur regulariter assistere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](#)

quām dicto alicujus probari posset, probatur solo dicto. Et hoc vult ibi illa Glossa. Hactenus Felinus.

Subito verba istius Glossa. *Nec obstat quod de occulta re, & de animae periculo queritur, & sic sibi credendum, de Homine. Significasti, ut de Sentent. excors. Si vero 2. Fateris id rerum in foro paenitentiali, & Sponsal. Tua, & quod vinculum occulte contrahendum, unde ex quo scientiam habet de mora; facere debet se excommunicatum; Iudex tamen eum non denun-*

Quid sit obligatio si rem, neque loquendi cum ipso penitente extra Confessionem de peccatis confessis, alii que dictis in Confessione occasione peccatorum, seu in ordine ad peccata manifestanda, ut patet ex Disp. 8 fest. 6. Concl. 5. Vide etiam Sect. 7. Conclus. 8. ubi tractatur, an & quando licet ut scientia Confessionis ad externam directionem subdivi-

torum. Itaque ratio Conclus. est; quia communiter non licet ut scientia Confessionis ad externam directionem subdivitorum, quando ille usus est ingratus penitenti, prout fine dubio in praesenti callo est, dum contrahentes, probe scientes impedimentum, nihilominus occulit vel publice pertinet afflentiam Parochi vel Ordinarii. Petendo quippe afflentiam fatis ostendunt, eam esse fibi gratiam, & negationem ejus ingratam.

Adde: vix fieri posse, ut afflentiam negetur abfque sigilli periculo: contrahentes tunc, quippe habent ius, ut Parochus vel Ordinarius afflatur, nisi possint probare impedimentum; jam autem non habent aliam notitiam, ut supponitur, quām confessionalem; alleganti autem hōjusmodi notitiam, prout dubio non creditur; & ita cum fractio- ne sigilli, & fine ullo fructu revelabitur tale impedimentum; quod non solum non est obligatorium, sed etiam illicitum, ut patet. Hoc certum est apud Omnes.

An autem, si posset negare afflentiam absque offensione sigilli, quando videlicet nec ipse penitus posset suspicari, illam afflentiam negari ex auditis in Confessione; in his, inquam, circumstantiis duplex est sententia, una affirmans Parochum posse negare suam afflentiam; quia in illis circumstantiis licet ut scientia Confessionis, ad externam directionem subdivitorum, nisi talis usus hic & nunc sit prohibitus per Ecclesiam; altera sententia negat Parochum id posse, idque, quia etiam in illis circumstantiis, usus scientiae Confessionis ad externam subdivitorum gubernationem, omnibus fit illicitus ex precepto Christi.

Itaque resolutio praesentis casus pendet ex eo, quid licet vel non licet Superioribus ut scientia Confessionis ad externam subdivitorum gubernationem. Et quoniam Aliqui affirmant hunc usum licitum, Alii negant; hinc fit, ut etiam Aliqui affirmant, Parochum in casu praesenti posse negare afflentiam, Aliis opositum affirmantibus.

Nos Disp. 8. Sect. 7. Conclus. 8. cum Scoto & Aliis, tanquam speculativè saltem probable docuimus, aliquando licere ex scientia Confessionis declinare confortium excommunicati, amovere indignum ab officio,

385.

386.

speculativè

probabile

etiam pos-

negare.

382. *Si dixeris: statur confessioni dicentis, se non habuiste animum se obligandi juramento coacto. Responde: oppositam doctrinam esse veriorem, feliciter non stari, nisi in foro conscientiae, juxta Glossa. mox allegatam; in casu autem nostro agitur de foro externo, ad quem pertinet Matrimonium. Et est vera esset illa doctrina, adest in iuramento coacto magna conjectura defectus confensus; adest ut in dubio afferant multi, prout defectum animi se obligandi.*

Quod si quis obiciat: hic solum agitur de bono conscientiae, pertinentis Matrimonium, qui peccabit contrahendo, quando est impedimentum voti simplicis, vel aliud non dirimens, valebit enim Matrimonium: ergo relinquendum est conscientiae ipsius, negantis votum, & dicentis se eo non teneri.

Respondeatur: agitur etiam de servando iure Canonico, & impedimentis Matrimonii ab ipso induitis, & de bono communis, ad quod spectat, ne impediti contrahant. Deinde: hic agitur de foro externo, in quo non relinquitur conscientiae ipsius negantis votum, & dicentis se eo non teneri, est in foro interno seu foro Poenitentiae vel Confessionis relinquatur, utpote in quo creditur re pro se, & contra se loquenti.

Diximus haec tenus, quid facere debeat Parochus vel Ordinarius, quando impedimentum extra Confessionem neverunt; restat dicamus, quid illis agendum sit, quando ipsi soli neverunt impedimentum in Confessione, pro quo instituitur

CONCLUSIO XI.

Si impedimentum soli Parochi vel Ordinario constet ex Confessione, tenetur regulariter affistere.

384. **H**ec est communis sententia, fundata in obligations sigilli, id est obligatio-

tentiam, quia medium arduum & periculatum, quando videlicet ea possint fieri sine revelatione directa vel indirecta peccati confessi, id est, quando nemo, vel ipse solus poenitens, potest supplicari declinationem confortii, amotionem ab officio &c. provenire ex notitia Confessionis, & ideo consequenter hic affirimus, non solum alium Sacerdotem, qui a Parocho habet licentiam assistendi Matrimonio, sed etiam ipsum Parochum vel Ordinarium posse in eisdem circumstantiis negare assistentiam.

387.
Sed hic en-
fus est ra-
vissimus.

Quia tamen illæ circumstantiae in praefenti casu rarissime, imò vix unquam occurunt, præsertim dum requiritur assistentia Parochi vel Ordinarii, ut patet ex supradictis; ideo Conclusio nostra affirmat, Parochum vel Ordinarium regulariter teneri assistere, sive occultè, sive publicè petatur assistentia; quia moraliter loquendo, nisi alia causa possit prætexti, semper est periculum, saltem quòd ipse poenitens supplicabitur, negationem assistentie provenire ex notitia huius Confessionis; hanc autem supplicationem evitandam esse, suppono ex dictis Disp. 8. Sect. 7. de Effectu sigilli.

Quid faci-
endum cum
tali peni-
tente.

Ac proinde monendum est poenitens, qui cum impedimento vult contrahere, vel in ipsa Confessione, ex qua cognoscit Confessarius impedimentum, vel extra Confessionem, petitiā priùs & obtentā licentiam poenitentis; si tamen hāc admonitione, sive in dicta Confessione, sive extra eam, sperretur Matrimonium impediendum.

388.
Sanchez di-
stinguit in-
ter publicam
& occultam
petitionem,
inter Paro-
chum &
alios Sacer-
dotes.

Caterum Sanchez sup. disp. 16. n. 13. distinguit inter publicam & occultam petitionem, dicens: occultè petenti posse Parochum, secundum nostra principia, assistentiam negare; publicè autem petenti non posse Parochum negare, secūs alios Sacerdotes, qui liberè ex ipsius licentia ministrare possunt. Credo tamen, inquit ille, nec Parochum, nec alios Sacerdotes tenet negare, sive alter publicè, sive occultè petat.

An qui po-
test negare,
tenetur ne-
gare? San-
chez probat
non teneri,
Primò.

Quod probat ead. disp. nōm. 7. Quia est medium valde difficile & arduum, & gravissimo offendendi sigillum periculo expeditum; quamvis enim speculativè usus ius scientiæ licitus esset, ut practice magnâ prudentiâ & cautela opus est, & tot requiruntur circumstantiae (ut fatentur Doctores, afferentes esse licitum) ut vis fas sit eâ scientiâ uti; ergo, quamvis id possit Sacerdos licite, non tamen ad id tenetur; non enim commode potest, sed magnâ cum difficultate.

Sicut qui vivit castitatem, & duxit uxorem, potest implere votum, ingrediens Religionem ante consummationem, non tamen ad id tenetur, juxta receptionem sen-

tentiam, quia medium arduum & periculatum, quando videlicet ea possint fieri sine revelatione directa vel indirecta peccati confessi, id est, quando nemo, vel ipse solus poenitens, potest supplicari declinationem confortii, amotionem ab officio &c. provenire ex notitia Confessionis, & ideo consequenter hic affirimus, non solum alium Sacerdotem, qui a Parocho habet licentiam assistendi Matrimonio, sed etiam ipsum Parochum vel Ordinarium posse in eisdem circumstantiis negare assistentiam.

Tandem; quia Christus Dominus instituit hoc Sacramentum ad medendum peccatorum in eo foro interno Confessionis; ergo transgredi limites institutionis est, obligat Confessorem, ex ea notitia oculiflum moderi poenitenti extra illum forum.

Secundum; quia praecipua mortalia & occulta ad fines naturalis ordinis, debent transcedere ejusdem ordinis, cum finis eiusdia proportionari debant; ideo praecipua correctionis fraternæ est morale & noua lis ordinis: ergo scientia peccati prærequisita, ut id præceptum obligat, est esse naturalis; nec debet ad id ordinari causa in Sacramento, quod superneurale datus est, acquista. Hæc ille.

Ego autem dico: etiam Parochus negare publicè petenti, si queritur pro texendo, sine offensione sigilli, a clericis ceteros non posse, quando ex eorum periculo offendendi sigilli, sive apud me differentiæ ell; quia clerici sapienter sapienter possunt id facere in dubio sigilli, quandoquidem ex eis non neantur assistere, sed liberè assistere, impunitur; adeòque videatur ex latitudine ruris defectus voluntatis affluisse in alia causa; Parochi autem, ut patet ex dicto obligati, tariū possunt assistentiam negare, sine offensione sigilli; quia ruris possunt prætextere aliam causamque debet esse manifesta, quando quis aliquid negat, quod aliquis tanquam debitu libi postularet, sicut in casu propriei contrahentes postulant assistentiam Parochi, tanquam libi debet, secūs ab aliis Sacerdotibus, qui omnino liberè assistunt.

Quod addo: quia si constituti sunt in loco Parochi Sacramento Parochi ministrant, & ipsi onus istud accipiunt eadem quia Parochi erit eorum negotium, sic eadem impræsentiarum rati.

Hinc Pontius sup. c. 35. n. 1. Cottam, inquit, est ex omnibus sententia, non propter publicè petenti negari Sacramentum, sed in etiam, neque occultè petenti sive in loco Parochi, sive ab habente licentiam a Parochio. Sic docet communis sententia, quamvis etiam cum multis, Tho. Sanchez lib. 3. disp. 16. q. 3. Egidius disp. 27. dub. n. 70. & Ludovic. Beja p. 2. calum scientiæ cap. 32.

Ratio ejus ex eo desumenda est; quia quæ novit in Confessione, ut Dei servus & non ut homo. Quare ea notitia in causa perinde est, ac si non esset. Deinde quia ille haberet ius petendi à suo Parochio, sed qui est illius loco, sua Sacra menta, neque absque injuria potest ea illi denegari, mihi

adit manifesta denegationis causa. Quod enim quis tanquam libi debitum postulat, non potest ab illo manifesta causa denegari. Impedimentum autem illud, quod per Confessionem novit, ignotum est, & quasi non nocet. Ergo, nullam habet causam de- negandi. Hæc ille.

Ubi manifestè loquitur non de Sacerdo- tibus, qui omnino liberè assistunt; sed qui sunt loco Parochi, ita ut faciant contrahen- tibus injuriam, si absque causa nolint assiste- re eorum Matrimonio.

Interim generalius loquitur Sanchez sup. n. 14. dicens: Prima Conclusio sit: Parochus sive quicunque alius Sacerdos, habens licentiam assistendi Matrimonio, vel mini- strandi quocumque aliud Sacramentum, nequit expellere peccatorem, etiam occultè potenter, ob solum peccatum in Confes- sione notum.

Nec miretur Lector, quod hic Auctor tam generaliter loquatur; quippe sequitur sententiam, quæ docet, non licere uti extra Confessionem scientiâ, per Confessionem habitâ, sed se habere debere Confessarium, ac si in Confessione sciret. Unde probat suam Conclusionem hâc ratione; quia, in- quir, non potest juvari ex Confessionis scientia ad actus exter nos, quoties redderetur Confessio odiola, & retraherentur homi- nes ab ipsa, quod eveniret, si non essent, ob peccata, in Confessione audita, posse illis negari Eucharistiam, aut alia Sacra menta. Ita Sanchez.

Porro ratio hæc æquè concernit Parochum ac alium quemlibet Sacerdotem, si ve habeat obligationem assistendi loco Pa- rochi, sive liberam facultatem assistendi, & non assistendi. Jam autem ratio Pontii con- stat, quod non habeat locum in hoc Sacer- doce. Quàmquam & ipse sequatur senten- tiam Sanchii, scilicet Confessarium non posse uti scientiâ Confessionis ad externos actus, quæ indubiè probabilis est, & omni- no practicanda, propter periculum offendendi sigillum, tametsi oppositam probabi- lissimam appetet Sanchez sup. n. 4. propter au- thoritatem tot tantorumque virorum, & fortissimas rationes, quibus fulcitur, quas videre poteris apud eundem Autorem n. 2. Ego illis referendis superfedeo, ut potè dif- fuse relatis Disp. 8. Sect. 7. Conclus. 8.

Cæterum Sanchez sup. n. 15. sic ait: Se- cunda Conclusio; si talis peccator occultè petat, potest Confessor ipsum secreto monere, ut desistat, ut fatentur universi DD. ci- tati pro omnibus sententiis. Et quāvis Paludanus 4. dist. 21. q. 3. a. 3. n. 60. & D. Antoninus 3. part. tit. 17. cap. 22. §. 1. verf. Item quia Prelatus, dicant, semper posse pœnitentem occultè moneri à Confesso-

re: quia hoc non est Confessionem detege- prius tamen obtentâ li- centiâ à po- vel intrâ Confessionem: licet enim non sit intrâ Con- fessionem.

Rogas: an Confessor teneatur petere li- centiam, ut eum moneat extra Confessio- nem, sive an teneatur eum monere extra Confessionem? Respondet Sanchez sup. n. 16. monere ex- tra Confes- sionem? Negat San- chez.

Sed contra: etiam multi pœnitentes ægrè ferent admonitionem in sequenti Confes- sione, ac refractionem memorie peccati confessi; vellet enim peccata omnino me- moriâ excidisse; ergo Confessor non tene- tur eos monere in sequenti Confessione, ca- su quo ex inadvertitia aut malitia id non fecerit in priori, cens' hanc Consequen- tiam esse bonam?

Præterea: ubi scriptum est, quod ex au- ditis in Confessione non arctetur ad aliquid faciendum vel omissendum, vel remedium exhibendum extra illam, quando aliquid fa- cere vel omittere potest, vel remedium ad- hibere sine offendiculo sigilli? Jam autem omnes videntur supponere, posse peti licen- tiam sine offendiculo sigilli. Quidni ergo illa petenda sit, ut tali viâ impediatur Ma- trimonium invalidum, aut saltem illicitum? Nisi itaque dixeris, petitionem licentiae esse illicitam, nescio quare non sit debita; eo semper salvo, ut sperretur tali viâ Matrimonium impediendum, nec excusat grave incommo- dum Confessoris. Si autem pœnitens nolit dare licentiam, jam patet Confessorem de- bere assistere, cum nullum aliud superfit re- medium, ut suppono, Matrimonium im- pediri.

Cæterum, inquit Pontius sup. n. 4. ex- cogitavit Ludovicus Beja viam quamdam, secundum quam posset in eo casu Matrimo- nium celebrari, ad omne peccatum in casu propposito effugendum, quando & Parochus impedimentum subesse novit in Confessio- ne, & ipsi contrahentibus sine scandalo à Ma- trimonio desistere non possunt. Posset enim tunc & teneretur consulere, ut de communi- scientia & consenu contrahant, non qui- dem intentione efficiendi verum Matrimo- nium de pœnitentibus, sed sub conditione: Si Pa-

93. via quadam ad celebra- dum Matri- monium in casu proposi- to sine pec- catore ex Beja.

pa dispenset, animo quidem cohabitandi tantum quoad domum tanquam fratres, non vero quod torum, donec accedat dispensatio, & iterum contrahant.

*Est licetum
contrahere
Matr. sub
conditione:
Si Papa
dispenseret.*

Hac enim ratione contractus ille matrimonialis, qui alias non licet, redderetur licitus; cum non sit prohibitum contrahere Matrimonium de presenti sub conditione: Si Papa dispenseat; & interim ad evitanda magna scandala habitare in eadem domo: maxime cum jure ipso praesigatur bimestre tempus, in quo possint non conjungi sponsi, licet habitent in eadem domo; & possit etiam contrahi Matrimonium sub conditione casti vivendi, sive sit conditio castitatis ad tempus, sive perpetuae.

398.
*Occurrunt
ciuidam ob-
jectioni.*

Et quamvis videantur, in ea cohabitatio ne se exponere periculo fornicandi, dum dispensatio obtinetur, attamen id excusat ex occurrentia ingentis scandali. Ut enim dicimus in materia de Confessione, licet non expellere domo eam feminam, qua est occasio peccandi, quando sine scando ejici non potest. Quae Multorum sententia est, & absolvitur debet poenitens, et si non ejiciat, si alias sit recte dispositus.

*Pontius ap-
probavit a.
viam Baja*

Et quidem mihi videtur satis rationabilis haec philosophandi ratio, neque contemenda pro similibus casibus, si contrahentes velint sub ea conditione contrahere: maxime, cum probabilitas opinio sit, Matrimonium contractum sub conditione, non esse necessarium rependum, posset conditione. Quod si nolint sub ea conditione contraherere, & persistant in petendo a Parochio, ut affistat, affistere debet, quamvis noverit impedimentum in Confessione. Hactenus Bafilius.

399.
*Auctor no-
rit eam non
esse genera-
lem.*

Ego autem Notor, hanc viam non esse generalem, sed solum consulendam, seu propoundam, quando est tale impedimentum, in quo solet Pontifex, vel alius habens potestatem, dispensare; ac tales existunt cauze, ex quibus solet dispensare.

*Aliud nota-
bilo.*

Præterea adverte magnam disparitatem inter tempus bimestre, quod à jure conceditur, & tempus illud medium inter dictum contractum Matrimonii, & dispensationem; nam tempore illo bimestri possunt sponsi sine peccato fornicationis Matrimonium consuminare, hoc autem medio tempore minimè; undè in uno casu non expountur sponsi periculo peccati, secùs in alio casu Quocirca bene considerandum est, an scandalum, quod timetur ex non contracto Matrimonio, tale ac tantum sit, ut prævaleat illi periculo.

400.
*An possit
arceri à Ma-
trimonio,*

Si autem à me queritur; an possit aliquis arceri à Matrimonio contrahendo, eo quod ignoret doctrinam Christianam? Respondeo: Quidam apud Sanchez sup. disp. 15. n. 18.

affirmant, arceri posse, donec memorias neat orationem Angelicam & Dominicas Symbolum fidei, Praecepta Decalogi & Catechesis, ac septem peccata capitalia, nisi per senio aut ingenii tarditatem incapax sit.

At vero Sanchez n. 19. negat arceri posse, inquit, ipsius (Praelati vel Parochi) sit, impedimenta Matrimonii fluenter hoc impedimentum ab Ecclesia fluere sit: posset tamen suaviter & bono in quaque contrahentes non influere, & tempore detinere, donec doctrinam ac curandam, ut sciatur, & potius radios voluerit ea doceri: putant enim quoniam superbiam, gulam &c. esse peccata letitia, & saepè ex conscientia hac esse mortaliter delinquent. Haec illle.

Sed ego miror, si verum est quod dicitur, valde noceat ea doceri, minime dicitur quod Ecclesia permitat ea doceri in Catechismo, ubi expressius dicitur, una cum peccatis in Scripturam ac in cœlum clamantibus, a deo regno profecto, quod Ecclesia non potest, non doctrinam & scientiam effe necesse, sed valde utilem, ac quodammodo necessariam. Illi autem incommode, quod Sanchez illigerat, occurrit potest explicandorum ut levitatem illorum peccatorum.

Interim placet nobis, defectum illa scientiæ non esse impedimentum Matrimonii; quia nupsium Ecclesia vel ad validum, vel ad licitum Matrimonium, illam scientiam noscitur precepille, iure autem naturali vel divino esse necessarium, unde constat? Hoc illi ignorantia predictæ doctriæ optimè confitit cum perfecta scientia obligatio matrimonialis, & cum voluntate se obligandi, eo modo, quo omnes Christiani volunt se obligare. Et non nequeant contrahentes per se iniungere suas proles, secūs tamen per alios.

Possit tamen, secundum hunc modum, Praelatus censuris compellere iuramenta, ut discant doctrinam, & Parochos, ut non terrogent. Atque ita Salmantica humana publica Metropolitani pronuntiatio illa asserit apud dict. Auctorem Pontificis Ordinamenti tit. 1. l. 1. fol. 19. art. 5. Aliud se etiam offert dubium. Ex parte valde, ut memoriam retineant, quod majorum fideli rationem reddere videntur. Ego in Concil. Mediol. 5. vii. Quod matrimonium pertinent. Hoc reperto: Ponamus, quos sponsos experiendo viderit, doctrinam Christianæ rudimenta planti ignorare, ne Matrimonio illos ante jungat, quād eā item rati cognoverit didicisse, quād eo de genere illius p̄fere oportet.

Et in Rituall. Romano tit. de Sacrae

Matr. in principio sic lego: Parochus admonitus de aliquo Matrimonio in sua Parochia contrahendo, primum cognoscat ex his, ad quos spectat, qui & quales sint, qui Matrimonium contrahere volunt: an inter eos sit aliquod Canonum impedimentum: Utrum sponse liberè & secundum honestatem Sacramenti velint contrahere: Utrum sint in aetate legitima, ut in saltem quatuordecim, mulier vero duodecim annos expleverit, & uterque scias rudimenta fidei, cum ea deinde filios suos docere debant. Ubi redditur ratio, quare oportet contrahentes scire rudimenta fidei, quae optimae sunt, non enim possunt parentes docere suos filios, quod ipsimet non sciunt.

Omnino ergo expedit, ut contrahentes, si ignorent rudimenta fidei, brevi tempore arcantur a contractu, sive detineantur; donec rudimenta fidei saltem aliquiter sciant, quod procedente tempore pleniorem possint accipere notitiam, qua sufficientem filios suos ea docere.

404. Sed audamus de hoc punto Averianum q. 6. sect. 7. §. Kursus debere. Certè, inquit, non solum potest, sed etiam debet Parochus ex officio suo, & èd magis ex decreto seu mandato Episcopi arcere eos à Matrimonio, sive differre conjunctionem eorum, qui nescient ea rudimenta fidei, quæ ipsi sciuntur in ordine ad salutem, quia hi per talem ignorantiam manent in peccato: debet autem Parochus arcere à Sacramentis illis, qui manent in peccato. Neque hoc erit statuere novum impedimentum Matrimonii, quia hoc est impedimentum commune ad Sacraenta suscipienda. Non debent tamen nec possent arceri illi, qui scientes, quantum ex obligatione tenentur, ignorarent, vel non è memoria recitare sciunt, quæ ex abundantia solent apud fideles. Hæc ille.

405. Sed nos suprà ostendimus, Parochum debere, assistere Matrimonio eorum, qui in peccato volunt contrahere, si ipsi instent & nolint se disponere ad gratiam. Ratio est, quia ratione contractus civilibus habent sponsi ius, ut Parochus assifiat, qui non est minister Sacramenti, sed solum testis illius contractus. Ex quo patet differentia inter Matrimonium & alia Sacraenta, ad quæ suscipienda in statu peccari, nemo habet ius per se loquendo, & idè Parochus nec potest, nec debet ea ministrare, nisi legitimè dispositus. Interim melius est, & etiam obligatorium, ut Parochus oves suas pacfat luctuariis instructionibus, maximè in iis, quæ ad salutem sunt necessaria, & requirita ad debitè Matrimonium ministrandum & suscipendum; quamquam si instrui nolint, non propter ea arcendi sint per longum tempus, vel ubi instarent.

Si autem sufficienter instructi sint, & nullum reperiatur legitimum impedimentum, debet Parochus statim, id est, primâ opportunitate in facie Ecclesie eos conjungere, juxta illud Trident. l. 24. c. 1. i. refert. Matr. Si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem Matrimonii in facie Ecclesie procedatur.

406. Ut autem dicatur Matrimonium celebrari in facie Ecclesie, non est opus (inquit Sanchez sup. n. 20.) ut in ipsa Ecclesia materiali, vel in ejus limine celebretur; sed factis est coram fidelium multitudine. Nam Ecclesia dicitur aliqua fidelium congregatio, cap. Relatum, 12. de Testam. ibi: Nominis autem Ecclesie non Episcopus, vel successor Clerici morientis, ubi est Collegium Clericorum, sed communis congregatio intelligitur &c. Et cap. 8. de Confec. dist. 1. Ecclesia, id est, Catholicorum collectio.

Item Gloss. in cap. fin. Ne Praefati vices Ecclesia sua. verb. Praefatam Ecclesiam, ibi: Ecclesia multis modis dicitur: quia dicitur Ecclesia malignum, unde Psalmista: In Ecclesiis malignum non introibo. Et dicitur Ecclesia collectio fidelium de Confec. dist. 1. Ecclesia. Et dicitur Ecclesia murorum ambitus de Confec. dist. 1. De fabrica. Et dicitur Ecclesia Corpus Christi: 1. q. 1. In Ecclesia, & 26. q. 2. Sed & illud. Et dicitur etiam Ecclesia prælatura ipsius Ecclesie, ut sup. c. prox. Item dicitur Ecclesia ipse obventiones Ecclesiasticae provenientes occasione Ecclesie, ut hic Hæc Gloss.

Sed dicet aliquis: cum secundum ipsam, etiam murorum ambitus dicitur Ecclesia, unde constat, Tridentum per Ecclesiam non intelligere materialem Ecclesiam, sed magis collectionem fidelium?

Respondeo: quia eod. cap. sat's explicat mentem suam dicens: Qui alter quam præ sente Parochio & duobus vel tribus testibus &c. ubi tradit formam observandam in contractu Matrimonii, celebrando in facie Ecclesie. Igitur hodie sat's dicitur contractum in facie Ecclesie, si coram Parochio & duplice teste, denuntiationibus præmissis, Matrimonium ineat. Ita Navar. Sum. lat. c. 22. n. 70.

Advertendum, inquit, 2. quod facies Ecclesie alibi dicitur janua Ecclesie, ut in Lusitanis alibi ipsa Ecclesia, ut in Belgio; alibi presentia multorum, secundum Major. 4. dist. 27. q. 1. ut in bona parte Hispanie; & ubi est talis consuetudo ad hoc ut dicatur contrahi in facie Ecclesie, sufficit præsentis cognitorum & vicinorum, & idoneus testimoni numerus, juxta Panor. in d. cap. Cum inhibito, Parochio & communiter receptum. Nunc autem per predictum Concil. sup. proximè relatum videtur contrahi sat's in facie Ecclesie, si tripla denuntiatione præmissa, contrahatur coram testibus.

820 Disput. II. De Contratu & Sacramento Matrimonii.

ram Parochio, vel ejus locum tenente, & duobus vel tribus testibus. Hæc ille.

409. Ego sic lego in Rituali Rom. sup. Matrimonium in Ecclesia (materiali) maximè celebrari debet, sed si domi celebratum fuerit præsente Parochio & testibus, sponsi veniant ad Ecclesiam (materialem) benedictionem acceperunt, & runc eaveat Sacerdos, ne iterum a contrahentibus consensum exigat; sed tantam benedictionem illis conferat celebrata Missa.

Atque hæc est confuetudo in Belgio, ut dum commode fieri potest, Matrimonium celebretur in Ecclesia materiali; quia sic maximè decet celebrari, cùm hodie non tantum sit contractus civilis, sed etiam rerum & propriæ dictum Sacramentum; quod quia sanctum est, etiam in locis sanctis maximè decet celebrari. Sin autem rationabili aliqua ex causa celebratum fuerit in privatis ædibus, solent sponsi venire ad Ecclesiam materiale, ut ibi celebrata Missa, benedictionem solemnem accipiant, de qua benedictione erit

CONCLUSIO XII.

Ante benedictionem Matrimonium consummare, nullum est peccatum; eam omnino p̄mittere, saltem veniale.

410. *Hec verba:
Ego vos
conjungo
&c. potius
sunt appro-
batio Matr.
quam bene-
dictione.*

Non agimus impræsentiarum de his verbis Parochi: Ego vos in Matrimonium conjunge in nomine Patris & Filii &c. quæ ex præcepto Ecclesiæ necessaria sunt in ipso contractu Matrimonii, ut alibi ostendimus, & ab Aliquis vocantur benedictio Matrimonii, quāvis melius vocarentur, approbatio Matrimonii nomine Ecclesiæ; sed loquitur Conclusio de solemani benedictione Sacerdotali, in templo suscipienda, celebrata Missa pro sposo & sponsa, iuxta præscriptum Missalis Romani.

De hac benedictione ita pronuntiat Concil. Trident. scilicet 24. de Reform. Matr. c. I. Præterea eadem S. Synodus hortatur, ut conjuges ante benedictionem Sacerdotalem, in templo suscipienda, in eadem domo non cobabissent: statuimusque benedictionem à proprio Parochio fieri, neque a quoquam, nisi ab ipso Parochio, vel ab Ordinario, licentiam ad prædictam benedictionem faciendam, alii Sacerdoti concedi posse, quācumque consuetudine etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel privilegio non obstante. Quod si quis Parochus vel alius Sacerdos, sive regularis sive secularis sit, etiam si id sibi ex privilegio vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius Parochie sponsos, sine illorum Parochi licentia, Matrimonio conjungere, aut benedicere ausus fuerit; ipso jure

tandiu suspenſus maneat, quādam ab Ordinario ejus Parochi, qui Matrimonio interficebat, seu à quo benedictio suscipienda era, absolvatur.

Hanc benedictionem, sicut & alias Ecclesiasticas ceremonias, recentiores Hæc ci spērunt, derident ac tanquam lupeſtis damnant. Sed merito Concil. Trid. scilicet 24. Can. 11. eorum velaniam reguens definit, prout sequitur: Si quis datur, prohibitionem solemnitatis nuptiarum anni temporibus, superstitione cuiusdam ab Etruscis superstitione proficiat benedictiones & alias ceremonias, quae Ecclesia in illis usitaverit damnaverit; statuerit.

Estque hujusmodi benedictiones ultra antiquissimas in Ecclesia, à summis Pontificibus ac bus ac sanctis Patribus & sanctis Confessoribus semper commendatus, Evaristo Papalib. 1. & refertur 30. q. 5. c. 1. Altero genere non sit conjugium, nif... suorum qualitatibus, ut mos est, cum precio & oblationibus a Sacerdote benedicatur. Scilicet Papalib. 1. c. 4. ibi: Quia illa benita, non nuptiæ Sacerdos imponit, apud illos videtur sacramentum instar est, si illa transgredi videretur. Nicolaus Papa ad Constitut. Regorum c. 3. (& ponitur 30. q. 5. c.) hic. Et primum quidem in Ecclesia Domina cum oblationibus, quas offerunt deinceps Dia pro Sacerdotis manu statuuntur, scilicet deinceps benedictionem & velamen castello suscipient. Hormilda Papa. Decret. 6. Natus pabli apud cumque conditionis, accepit a Sacerdote publice uitatus in Domino. Ita refertur 30. q. 5. c. 2.

Ejusdem benedictionis meminit D. Ambro. lib. 8. Epist. 1. ad Vigilium ibi: ipsum conjugium velamine sacerdotalem per meditacione sanctificari oportet, quamvis teb conjugium dici, ubi non est fidei causa. Item Epist. 70. & lib. 1. de Abus. ultimo. Utiliteriam litorum lib. 1. c. 19. Item Tertul. lib. 2. ad uam.

Concilium autem Lugdunense (lib. 7. cap. 35. q. 2. & 3. c. 19.) sic aut: Nulla concupiscentia sui sanguinis si que ad gloriam gradum uxores ducant: neque fini bontatis Sacerdos. Qui autem nuptrierunt, sacerdote benedicti nubere audent, nec alii possunt. Et Carthag. 4. c. 3. (ponitur 30. q. 5. c. 5.) Sponsus & sponsa cum benedictione eam Sacerdote, a parentibus suis, & a Parochio offerantur, qui cum accepint benedictionem, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant. Atque hæc ceremonia, arbitror, abundantiter sufficit, ut quilibet amator veritatis dicat cum Ecclesia Catholica anathema illis, qui benedictionem illam auferint damnare.